*T*hitymalus.

Hæc quoque rubificantia vocantur a r
bore, quem reliquunt in cute: & attr
hentia, quę materiam a centro ad c
cumferentiam ducunt.

*HActenus de materijs præsidij res
cientis peccatum in qualitate. Qu
litas verò peccans causa morbifica, vel
manifesta vel occulta. Occulta est pot
mum lues venerea, & scorbutum. Illi a
uersatur guaiacum, sarsa parilla, Mer
rius. Huic cochlearia Batauica, Cr
Matth. Alia alexipharmaca commun
& propria descripta sunt superius. Qu
tas manifesta vel est prima, vel quæ ex
mis oritur. De primis dictum est inter a
rantia. Secundæ sunt crassities, tenuit
lentor durities, acrimonia. Quibus op
nuntur attenuantia, incrassantia, incide
tia detergentia, emollientia, grummos
soluentia, mulcentia.*

Attenuantia, siue.

Λεπτύνοντα.

*ATtenuantia crassos humores di
dunt, vel sola partium tenuitate, q
quam sese insinuant in penitiores humorum
partes, quas ideo suo motu separant, vt ac
da,*

da, vel caliditate simul, & partium tenuitate, quæ sine siccitate esse nequit. Quare acria omnia, & mordentia gustum, & olfactum, vt sunt aromata, præcipuam vim habent attenuandi, ac omnino calida, & sicca à secundo ad tertium gradum cum partium tenuitate. Amara verò, salsa, & nitrosa non attenuant tantùm, sed abstergent. Sunt igitur facultate attenuandi prædita omnia diuretica, sudorifica, digerentia, discutientia, exobstruentia, menses mouentia, calculum fragentia, pituitam, & melancoliam præparantia, vt non sit necessarium propriam attenuantium tabulam construere. Sufficit obseruare aliqua attenuantia esse frigida, aut temperata, quæ sunt partium valdè tenuium.

Incrassantia, siue

Κλερύνοντα.

INcrassantia tenues humores cogunt. vniunt, & quasi compingunt, vel tenuis partis absumptione, cuius causa terrestrior diffluere desinit; magis igitur vnitur, & incrassatur: vel tenuium partium adhæsu, & veluti conglutinatione. Absumitur pars tenuis, cum à calido resoluitur, vel frigido expriment, & condensate Quocirca triulex erit condensantium ordo.